**Q**ui, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando? **Q**ui, significat conditionem, sive statum personae peccantis, circa quam considerandum est, an laica sit, vel sacra, sive religiosa, an matrimonium junctae, vel soluta, an privata, vel publica, sive aliqui Dignitate, vel Movere Ecclesiastico, vel Civili ornata, &c. Quid, significat, conditionem aliquam materiam, vel objecti, quantitatem, v. g. vel quilitatem. Sic in quolibet peccato consideranda est dignitas personae, in quam peccatur, ut de peccati gravitate judicetur. Ubi, significat conditionem loci, circa quem spectandum est maxime, an sit sacra, vel profana, Sic graviora peccata sunt percussio, homicidium, furtum, & fornicatio in templo commissa, quam in profano, et in privatis aedibus. Quibus auxiliis, designat media, et instrumenta, quibus aliquis ad patrandum facinus usus est, velat an falsa clavi, an violata quibusdam instrumentis, vel spectra fera, an corruptis famulis, vel ancillis domum ingressus sit ad furtum committendum, quod gravius peccatum est, quam si patenter, aut per murum non obstructum ingressus esset: an manu nuda, vel armata percussit: an veneno, vel gladio occiderit: An opera demonis, vel aliquo maleficio, an blanditiis duxerit, & promissis, an vi aperta pudicitiam alienam tentaverit expugnare. Cur, significat finem, non illum quidem primarium, et proximum, qui est speciem actionis, sed adjunctum, & remotum. Ejusmodi circumstantia est ebrietas, cum aliquis furatur, ut se inebriet: Item vana gloria, cum elemosynam erogat ostentationis causa. Quomodo, significat conditionem pertinentem ad qualiter actus, qualis est, fieri per infidus, vel aperte, et ex proposito deliberato, vel contra naturam. Quando, exprimit circumstantiam temporis, sive temporis conditionem, & qualitatem, cujus ratio habenda est in morali negotio, ut dies festus, cum agitur de Missa non audita, dies jejunii, cum agitur de pluribus refectionibus, tempus pacis, aut belli, cum agitur de spoliatione hostium a mililibus. Ad eandem circumstantiam pertinet occasio, quae tempus est rei gerendae opportunum.

**T**riplex autem contingit aggravari peccatum ratione circumstantiae: Primo quatenus circumstantia transfert actum in aliud genus peccati; sicut peccatum fornicationis in eo positum est, quod homo accedit ad non suam: Si autem addatur haec circumstantia, ut illa, ad quam accedit, sit alterius uxor, transferitur in aliud genus peccati, scilicet in justitiam, in quantum homo rem alterius usurpat: Quae ratione adulterium gravius fornicationem peccatum est. Secundo, circumstantia peccatum aggravat, quando est non transferat actum in aliud genus peccati, multiplicat tamen rationes peccati, sicut si prodigus det, quando non debet, & cui non debet, gravius peccat eodem genere peccati, quam si det solum cui non debet: sicut etiam peccatum, quod plures partes corporis inicit. Tertio modo circumstantia aggravat peccatum, non secundum speciem, sed alia circumstantia praesupposita, sicut accipere multum, & suget peccatum, ex hypothese quod fit aliena, & contra voluntatem domini accipitur. Ita S. Thom. 1. 2. q. 73. art. 7.

CAPUT III.

De Effectibus Peccati.

**D**uo sunt effectus praecipui peccati, macula, & reatus. **M**acula peccati, & adhaesio, contra lumen rationis, & divinae legis proveniens: sicut macula corporis est detrimentum notoris, ex alieni corporis contactu procedens. Habet autem Anima dupliem notorem: Unum quidem ex lumine naturalis rationis, per quam in suis actibus dirigitur; alterum ex divinae luminis sapientiae, & gratiae, quibus perficitur homo ut bene, & convenienter agat. Hujus utriusque notoris privatio est macula peccati, manens in anima, etiam postquam actus peccati transierit, donec penitentiae virtute abstergatur: Ea quae macula distincta est a reatu peccati. Unde S. Pius 11. & Greg. XIII. hanc Michaelis Bassi Propositionem 54. damnant inter alias, In peccato datus est actus, & reatus: Transiit autem actus, nihil remanet nisi reatus, sive obligatio ad poenitentiam. Hujus maculae frequens in Sacra Scriptura fit mentio. Josue 22. An parum est vobis quod peccastis in Beelphegor, & usque in praesentem diem macula hujus scelera in vobis permanet? Pl. 14. Qui ingreditur sine macula, Ecl. 31. Bonus vir, qui invenit est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia; & rebus suis. Ad Ephes. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem.



etiam esse comperimus; sed malum sit verisus ad incommutabilem bono; & converso ad mutabilia bona: qua tamen appetit, atque converso, quoniam non exigit, sed est voluntaria, digna, & iusta cum miseria pena subsequitur. Et Lib. 2. Confessionum, cap. 20. Hoc enim peccabam, quod non in ipso, sed in creaturis eius, me, atque ceteris, voluptatibus, sublimitatibus, veritatibus querebam, atque ita irremediabiliter dolores, confusiones, errores. Ratione avertionis a Deo peccatum placitur pena damna, quae ex parte objecti est infinita; siquidem amissio est infiniti boni, scilicet Dei. Ratione conversionis ad creaturam respicitur pena sensus. Unde Apoc. 18. dicitur: Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Penam damna exprimitur illa Christi iudicis verba: Discede a me maledicti. Penam sensus ista: in ignem aeternum. De qua & Marci 9. Christus ait: Si scandalizaverit manus tua, absconde illam: bonum est tibi desilire intro in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem indextinguibilem: ubi verum aeternum non moritur, & ignis non extinguatur. Quod ter libidem repetit, subdique: Omnis enim ignis salietur, & omnia vitium sale salietur. Ignem autem corporeum esse, nempe Christianam, & Catholicam dicitur.

At iniquis quomodo corporeus ignis Demones, & Animas hominum impiores incorporare potest? Resp. S. Aug. Lib. 21. De Civ. Dei, cap. 10. Cur non Animas, quoniam spiritus, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos peccata corporalis ignis affligit, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporati, & hanc potuerunt corporali corporali membris, & tunc potuerunt corporeum suum vinculis insublimiter alligari? Adhaerent ergo spiritus Demones, & immo spiritus Demones, licet incorporei, corporibus spiritibus cruciandi: non ut ignis ipsi, quibus adhaerent, eorum iudicia sustineant, & animalia fiant, quae consistunt spiritus, & corpus; sed, ut dicit, miris, & inest illis modis adhaerendo, & accipientes ex ignibus tantum, non dantes ignibus vitam. Quia & ista alius modis, quo corporibus adhaerent spiritus, & animalia sunt, omnino miris est, nec comprehendi ad hominem potest, & hoc ipse homo est. Aeternus doloris in relictivis corporibus damnatorum sensus, secundum morem dicitur a S. Joanne in Apocalypsi. Etiam enim caro tunc talis nullis est, quae sensum doloris perpetui possit, morteque non possit: erit tamen tunc talis caro, qualis nunc non est, sicut talis erit & mors, qualis nunc non est. Non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando non videret anima peccatorum Deum non habendo, nec dolerent corpora carere moriendo. Prima mors animam volentem pellit & coepere: secunda mors animam volentem tenet in corpore, ad utrumque morte communitur id habetur, ut quod non vult. Adhuc, de suo corpore patitur; inquit S. Aug. Lib. 21. De Civ. Dei, c. 3. Et Lib. 13. c. 2. In damnationis novissima quomodo homo ferre non desinat, tamen quia sensus ipse nec voluptate suavis, nec quiete salubris, sed dolore paralis est, non immerito mors est potius appellata quam vita. Ideo autem secunda, quia post illam primam est, quae sit expressissima divinitus naturarum, sive Dei, & Animae, sive animae, & corporis.

Accedunt ad supplicium cumulum poenae interiores gravissimas, & perierit aeterna, scilicet Veritas, qui non moritur. (ut ait Christus, Marci 9.) id est, conscientia peccatoris stimulis miseram animam in sempiternum pungentes, ac dissepentes, aeternam poenam, perurbationes animi perpetuae, iugis criminum fuorum conspectus; continuum odium Dei, cuius vindictam suam effugere nunquam poterit: aeterna felicitatis Bestiarum invidias; cognitio certa aeternitatis poenarum suarum, firmatae persuasio nasquam illas minuendas, temperandas, levandas fore ullius boni, ulliusve solatii admixtionem; additio aeterna servituti demonis, qui Rex est super omnes filios superbiae; Animae denique infelicitas attentio sempiterna ad haec omnia, scilicet ad haec Deum quem offendit, quem contempnit, quem odit; a quo punitur; ad causas damnationis suae, quas sibi imputare potest; ad peccata omnia, & singularia, ad supplicii locum profundissimum, ardentissimum, tenebrosissimum, igne, ac sulphure flagrantem; fortissimum; ad poenas interiores, & exteriores, ad horrendam demonum, damnatorumque hominum ceterorum foetorem, tormenta tunc ipso igne tartareo graviora. Quid dicam de pugna contritionum desideriorum, quibus anima desperata aeternum cruciabitur? Semper vivere desiderabit id enim naturaliter desiderium est: destrui nihilominus optabit, ut miseriam ipsius finem habeat: sed inane erit desiderium. Deum desiderabit naturaliter quadam propensione: Deum odio habebit pervertere voluntate. Penabit illam peccatorum, quae damnationis eius causae sunt: amabit nihilominus peccata, obheret in malo voluntate, & conversio in incepta. Ut oppositio voluntatis (inquit S. Bernardus) totam suam profectum aversionis referentibus poenam. Quid tamen iniquitas, quam iniquitas veritas, quod nunquam erit iudicium tam damnatum, quam voluntas addita hinc necessitati volendi, neciditque, ut ad utrumlibet iam sicut necesse pervenire, ut non nisi misere moreretur? In aeternum non obvivit, quod vult, & quod non vult in aeternum sibi. Iominus subditur.

Digna autem Fidei est, Illorum Animas, qui in actu

moralis peccato, vel sola originali decedunt; mox in infernum descendunt, tamen tamen diffidit ponenda; ut Conc. Florentinum docet, se declarat in Definitione Fidei.

V. Poena temporalis peccati, vel in hac vita, vel in altera luenda, inducit peccatum veniale, quod non pervertit ordinem ad ultimum finem, scilicet ad Deum, sed ordinem duntaxat eorum, quae ad finem referuntur; ut cum homo nimis ad aliquam rem temporalem afficitur, non tamen propterea Deum offendere vellet, aliquid contra preceptum ejus faciendo (inquit S. Th. 1. 2. q. 78. art. 5.) Si nimirum fundamentum Christus est, id est, si primum locum in corde Christi obtinuit, secularia vero se amantur, ut non Christo proponantur, sed eis Dominus Christus: Etiam super divinum illud fundamentum homo supercedit, Lignum, solum, stipulam, id est, peccata venientia, Dammamentum patitur: Iste autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. (inquit Apollolus 1. ad Cor. 3.) Quam locum hic explicat S. Aug. Serm. 362. alias De Diversis Ill. & Lib. 21. De Civitate Dei, c. 26. ubi haec habet: Quisquis se habet in corde Christum, ut ei verum, & temporalia, nec ea qua licita sunt atque concessa proponat, fundamentum habet Christum: Si autem proponat, & si videtur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christum, cui talia proponantur. Et paulo post subdit, Esse quosdam, qui super hoc fundamentum superaedificant ligna, solum, stipulam, id est, venientia peccata, & qui tamen Necessitudo sic amant carnaliter, ut tamen eis Christo Domino non proponant, malintque istis carere, quam Christo. Hoc porro per ignem salvos fore. Nominis autem ignis intelligitur cum huius temporis tribulatio: Quia eorum verum amantur tantum necesse est urat dolor, quantum habent amor: tum poena Purgatorii. Illa enim duplex est: Privatio scilicet, seu poena dilatio beatitudinis, id est, divina visionis, & poena sensus. In privato quidem ipse Dei, vel ad tempus, gravissima poena est animae non ium in via, sed in termino conditura. Amant enim Patriam, exiliam a Patria magna est poena. Unde cum Animae Iustorum corporibus solate, & tamen venientiam peccatorum metatis, seu poena temporalis reatu a Dei visione retardata, Deum & caelestem Patriam summe amant, & inquitur sint, donec in Deo requiescant: gravissimam ex hac dilatione dolorem patientur, dam sibi ipsi per singula momenta dicunt. Ubi est Deus, tunc? Si enim Deus, quae differunt, affligit animam: quanto magis spes summi boni affligit animam non iam tamen cupiditatis pondere depressam, sed toto amoris impetu in Deum tendentem? Ignis enim Purgatorii, sive poena sensus in illo purgationis loco luenda, qualiter huius seculi poena gravior erit, ut docet S. Aug. Enarratione in Ps. 37.

De hoc Poena Purgatorii Haec, S. Greg. Lib. 4. Dialogorum, cap. 39. sic loquitur: De quodam in seculis culpa esse ante iudicium Purgatorii. Igitur, quod dicitur esse, pro eo, quod Veritas dicit, Quis si quis in S. Spiritum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi, quodam culpa in hoc seculo, quodam vero in futuro remittetur. Quod enim de uno negatur, consequens intelligitur in altero, quia de quodam conceditur. Sed tamen, ut praedixi, hoc de parvis, minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduum oris sus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curae familiaris, quae vix sine culpa, vel absque agere, qui culpam qualiter declinare debent, sciunt: aut in non gravioribus rebus error ignorantis: Quae cuncta etiam post mortem gravant, si alibi in hac vita poenitentia fuerint relaxata.

VI. Inter peccata poenas non levis sine est conscientia peccati, seu conscientia peccatorum ipsum accusantis stimulus, vermis inlatur peccatricem animam corrodens. Qui de re S. Ambrosius, Enarr. in Ps. 37. Gravior (inquit) Adversarius nobis culpa est nostra, quae sollicitat oris, affligit sanus, contristat laetis, inquietat placidos, exagitat mitis, excitat dormientes. Res sanus sine accusante, sine torore cruciamur, sine vinculis adstringimur, sine veriore vendimur. Unde & Scriptura dicit: Peccatus vestris vendit estis. Haec igitur peccata sunt, quae contra nos semper sunt: ut dicit Propheta: Vendiderunt nos, & dominantur nobis. Servus qui venditur, superiore servitio exit, ut ad Dominum plerumque mittitur: Nunc ne superiorum iugum deprimamur, & ad nova peccata turbamur. Et in Ps. 35. Quae poena major, quam in morte, quod vitare non possit, nec quod timere videret? Unde praclare David exprimit conventionem gravissimum conscientia peccatricis ait: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper. Ostanditur enim nobis ultra nostri imago peccati, & quidem rem suam esse permittit, inferens miseram servitium. Atque in sua vincula trahit, ut condere se non queat, quoniam volens se liberat innocentia referat. Itaque dum oramus, peccatum offenditur: ubi somno sensus se corporis relaxatione, peccatum recurre, semper nobis error nossem nunquam malus exhorret occurrere, vel tamquam imbecis. Funerario conveniens adhibere.

Quanta sit male conscientia poena, explicat diserte S. Aug. Enarrat. in Psalm. 45. Inter omnes tribulationes conscientia poena animae (inquit) nulli est major tribulatio, quam

Poenam veniale peccati debet vel nec, qui in purgatorio luenda.

Quae Purgatorii Poena?

Prov. 11. 14. Prov. 13. 14.

Math. 18.

Isai. 40.

Isai. 3.

Ps. 50.

Utriusque

Utrum peccatum poena

conscientia delictorum. Namque sibi vulnus non fit, sanumque si intus hominis quod conscientia vocatur: ubiqueque alibi passus fuerit tribulationes, illuc cogitur, & ibi invenit Deum. Si autem ibi requies non est propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non est, quid facturus est homo? Quo confugiet, cum ceteris partibus tribulatione? Fugiet ab agro ad civitatem, a publico ad domum, a domo ad cubiculum, & sequitur tribulatio. A cubiculo namque fugiat non habet, nisi in interiori cubile suum. Porro si ibi cumulus est si funis iniquitatis, si flamma secleris, non illud potest confugere: pellitur inde, & cum illo pellitur, a seipso pellitur. Et ecce hostem invenit, quo confugerat: seipsum quo fugiturus est? Quocumque fugerit, se trahit post se? & quocumque talem exaverit se, cruciat se de se: Ipsa sunt tribulationes, quae invenit hominem mentis: Acerbiores enim non sunt: tanto non sunt acerbiores, quanto non sunt interioriores. Videte Carissimi, cum ligna deiciuntur, & probantur in fabricis, aliquando in superficie videntur quasi laesa, & sursum: Faber autem inspicit quae medullam interiorum lignis & per ligna interiora ligna cognovit, promittit ea in altitudo duraturae: nec vult de eis de superficie laesa sollicitus, quod illud quod interior est sanum, renouat. Porro homini interior conscientia non invenitur: quod igitur potest, si quod est exterior, sanum est, & purificata est medulla conscientiae Arta est, & vehementer unguis, & sicut psalmus ipse ait, nimis tribulationes sunt: tamen & in his adiutor factus est Dominus dimittendo peccata. Iniquorum enim conscientia non sanatur nisi indulgentia. Si enim magnas tribulationes habere se dicit debitor scilicet confitetur, & intus angustias rei familiaris suae, cum se videt non posse esse solvendo, propter imminentes omnino annos compulsores, tribulationes magnas se pati dicit, nec ulquam respirat nisi in se indulgentia verum torrens: quanto magis debitor poenitentiam de abundantia delictorum, quando reddeat quod debet de mala conscientia, quando si reddiderit ipse perit? Hoc enim debitum reddere poena luere est.

Et Enarr. in Ps. 33. Quando (inquit) noluit intare domus suas, qui habent malas uxores, quomodo exeat ad forum, & gaudent? capti mala esse, qui intret in domum suam contristatur: turbari suum enim ad talia, ad murmura, ad amaritudines, ad eversiones, ad non esse domus composita, ubi inter vitam, & uxorem pax nulla est, & melius illi est foras circumire. Si ergo miser fuerit, qui cum redierit ad pariter suos, tamen ne aliquibus suorum perturbationibus evanescant: quanto magis ubi libet peccatorum evanescant? Ergo ut possit libere redire ad cor tuum, munda illud.

Et Epistol. 151. alius 259. Horrendis (inquit) & punitibus tenebris, omnes non tantum carceres sed etiam inferos vincit secleris hominis conscientia.

De male conscientia poena intelligenda sunt illa Dei verba primo fratricida Caino dicta: Sicut autem male (egertis) statim in fratribus peccatum aderit. (Gen. 4. 7.) De hac peccati poena S. Joan. Chrysoth. Concione 1. De Lazaro. Anrequam inquit, illi puniatur, jam nunc qui improbe agunt, atque in peccatis vivunt, puniantur. Nec enim mihi dixerit illum mensa sumptuosa frui, vestitus circumdari sericis, manipularum greges circumferre, alios subnovere in foro: sed excipiat michi istum conscientiam, & videbit intus gravem peccatorum tumulum, iugum, metum, temporalem, turbationem: videbit velut in iudicio mentem ad tororum conscientia conscientiae regulam, & tamquam iudicem quempiam sedentem, & cogitationes loco carnisque adhibentem, cum nonno sciat, nisi quod solus Deus hac videre noverit. Etiam qui committit adulterium, etiam si miles fuerit dives, etiam si nullum habeat accusatorem, non desistit tamen intus seipsum accusare: & voluptas quidem temporaria est, dolor vero perpetuus, timor nudique, ac tremor suspicio, & anxietas, sanctorum motus, sinitas ipse feridat, suoribus famulos, consocios, infocios, illam ipsam quam corripit, & virum quem afficit contumeliam: ambubula amarum accusatorem circumferens conscientiam, cui sit suspensus iudicio damnatus, nec vel ad breve tempus possit respirare. Nam & in lecto, & in mensa, & in foro, & in domo, & interdiu, & nocte, & in istis frequenter somnis hac iniquitatis simulacra videt, ipsique Cain vitam vivit, gemens, ac tremens super terram, cum nemo sciat, intus tamen habet intus semper implicium. Isai. c. 66. & Christus Dominus Matth. 9. Vermem appellat: Vermis erum non moriur. Rationem avert S. Ambr. Lib. 7. in Lucam, c. 14. Quod irrationabilis anima peccata mentem Dei, sensumque compungunt, & quadam excedunt viscerum conscientia, quae tamquam vermes ex unguoque nascuntur, tamquam ex corpore peccatorum. Denique infernus quidam, & carcer animae non conscientia (inquit S. Bernardus Ser. 4. de Assumptione B. Virginis.) Et Lib. 5. de Consideratione, c. 12. Nullus est miserior oculus suo cuiusque. Non est aspectus sine in celo, sive in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis veli, minus possit. Non latent tenebra vel seipsum: Se videt, quae aliud non videt.

VII. Peccatum unum alterius poena peccati est tripliciter. Primo, ratione caelestis peccatum impediens, quam remo-

vet. Causae namque ad peccatum inclinantes, sunt cupiditas avaritiae, & tentationes diaboli, quae quidem divinae gratiae peccati auxilio impediuntur, vel comprimentur. Cum igitur subtrahit gratiae poena sit a Deo inflicta, quod inde sequitur peccatum, alterius peccati poena est. Hinc Apoll. ad Rom. 1. Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerunt, & quadrupedum, & serpentiis: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: ut con-emulsi assiduae corpora sua in sordibus. Secundo, unum peccatum alterius poena est ratione actus, cui adjuvat effludivio, sive sit actus interior, ut in ira, & invidia conceptum est, sive actus exterior, ut patet in iis, qui gravi labore, & damno opprimantur, ut prava sua desideria explent, secundum illud Sapientiae 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles. Tertio, unum peccatum alterius peccati poena est, ratione effectus consequentis, ut sunt infamia, paupertas, mortis. Quae ratione peccatum non solum est poena praecedens peccati, sed etiam sui (inquit S. Th. 1. 2. q. 87. art. 2.)

Idem simul esse peccatum, & poenam peccati, docet S. Aug. Enarr. in Ps. 57. & Lib. 5. Contra Julianum, c. 3. ubi ait: Caccius cordis, quam solus removel illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur. Et poena peccati, cum cor superbum digna animadversione puniatur: & caussa peccati, cum aliquod malum caci cordis errore committitur. Ita tamen intelligere debemus, Unicuique homini supplicium fieri de peccato suo, & eius iniquitatem in poenam converti: Ne putemus illam tranquillitatem, & ineffabile lumen Dei de se proferre, unde peccata puniantur, sed ipsa peccata se ordinare, ut quae fuerint desiderata homini peccati, sint instrumenta Domino punientis (inquit S. Aug. Enarr. in Ps. 7.)

Idem confirmat S. Greg. Lib. 25. Moralium, cap. 9. exponens haec verba Job 24. Noverit enim opera eorum, & ex ipso inducet noxam, & conterentur. In nocte (inquit) ini. quis conteritur, cum peccatorum praecedentium consilio damnatus, veritatis lumen non invenit, & quid deinceps agere debeat, non agnoscit. Omne quippe peccatum, quod tamen citius persistens non tergitur, aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum, & poena peccati. Peccatum namque quod poenitentia non diluit, ipso suo pondere ad aliud trahit. Unde fit, ut non solum peccatum sit, sed peccatum, & caussa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequitur, ex quo caecata mens ducitur, ut pejus ex alio ligetur. Sed peccatum, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est, & poena peccati: quia ipso iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, ut praecedens peccati merito etiam in aliis cadat. Quam enim liberare noluit, deserendo percussit. Quod violenter agitur ad possessionem superiorum ordinata, sed inferius iniquitate consilium, ut praecedens culpa sit caussa subsequens, & turrim culpa subsequens poena sit praecedens. Quod probat Apollolus testimonio supra laudato, ad Rom. 1. Prioris ergo peccati merito (inquit) peccatorum subsequens poena regitur: ut qui malum sciens perpetravit, deinceps iuste in aliis etiam meritis cadat. Hoc quippe agitur, ut culpa culpae feriantur, & quatuor supplicia hanc peccantium ipsa incrementa vitiorum.

CAPUT IV.

De Regulis generalibus ad Poena cognoscendam, & iudicandam necessariis.

ARTICULUS UNICUS.

REGULAE MORUM

Quibus velat Principibus nititur Moralis Christiana.

REGULA PRIMA.

Ad Divinam Legem in primis attendendum est, ut restum de peccatis iudicium feratur.

Peccatum enim est dictum, factum, vel conceptum contra Legem Dei, cui se accommodare, & morem gerere debet homo, ut sit immaculatus, & beatus, secundum illud Pl. 1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit, & in cathedra perversorum non sedit. Sed in Legge Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Et Pl. 118. Beati immaculati in via, qui ambulavit in Legge Domini. Vox ista divina est, tamquam dicens. Quo itis? Peccatis & viciis. Non vult iniqua perire, quae perveniunt desiderari: Nam nique beati esse cupitis, sed misera sunt, & ad maiorem misericordiam deum intra ista, quae curatis. Tamquam bonum quaerere per mala nolite. Si ad illud pervenire vultis, huc venite, hac ite. Va prostra relinquitur malignitatem, qui non potest relinquere beatitudinis voluntatem. Frustra tenendo iniquitatem in errore, qui ambulat in pervertitate oculis, sed Beati immaculati in via, qui ambulavit in Legge Domini. Verba sunt S. Aug. Ser. 1. in hunc Psalmum.

Idem simul peccatum est, & poena peccati.

Peccatum quod poenitentia non diluit, ipso suo pondere ad aliud trahit.

Idem

Idem demonstrat Naturam virtutis, & bonae voluntatis, quam non aliud esse docet S. Aug. nisi aeternam legem, aeternam veritatem, aeternam iustitiam cognitionem, & amorem. Et in Pl. 61. Cum sit iustus, esse non potest iustus, nisi convertendo te ad quamdam iustitiam, a qua si recedat, iniustus est ad quam si accedit, iustus est.

Et Sermon 4. alius 44. De Diversis, cap. 6. Iustitia praefert iuste viventi. Secundum eius Regulam videtur quemadmodum iuste vivit, & illi: sicut iusti bene vivendo eam vident, ita iniusti male vivendo non eam vident. Nam & ille iuste vivit, cum eam videt; & ille ipsam videt, ut secundum eam alii sui dirigat: Quid nisi secundum Iustitiam Regulam dixerit alius facti, in errorem iniquitatis impingitur.

REGULA II.

In Rebus Moralibus secundum est iudicium Conscientiae ad Divinam Legem compositae.

Id colligitur ex Eccl. 3. 20. omni opere tuo credes esse animae tuae. Hoc est enim observatio mandatorum Dei. Conscientia itaque iudicium secundum est, quam recta in Deum, Divinaeque Legem fides dirigit, ac moderatur. Id confirmat Apostolus ad Rom. cap. 14. scribens: Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Quod sic interpretatur S. Th. ut omne quod est contra veritatem fidei, vel contra conscientiam scientiam, peccatum fit, quoniam ex genere suo bonum esse videtur: Pura si Paganus in honorem filiorum Naminum virginitatem fervet, aut elemosinam erogat. Unde ad Tit. dicitur Conscientiam, & in fidelibus nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum & menti & conscientia. Et ad Cor. 2. Gloria nostra hac est testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc Mundo Abundantius autem ad vos Et 1. Joannis 3. Carissimi, si contra nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: Quoniam mandata eius custodimus, & ea, quae sunt placita, coram eo facimus.

Est autem Conscientia, Applicatio scientiae ad ea, quae agenda sunt. A S. Basilio Rationale iudicium, a S. Jo. Damasceno, Lex istius mundi, definitur: Ab aliis, habitus mentis, boni, & mali discretivus. Ab aliis, Creditur intentionis ad aliquid faciendum, vel non faciendum, animi deliberationis firmata. Conscientia, inquit Origenes in cap. 2. Epist. ad Rom. est velut paedagogus animae quidam scientiae, & rector, ut eam de melioribus maneat, vel de culpis castiget, & arguat. Conscientia est verum, & domesticum tribunal, ait S. Greg. Nazianz. Orat. 15. Hoc tribunal non penam accipit, aut adulationibus acquiescit, eo quod divinum est; ait S. Joannes Chrysoth. Hom. 3. de verbis Hilar.

REGULA III.

Quisquis agit contra Conscientiam, etiam erroneam, vel dubiam peccat.

Sicut enim oculus simplicem, quo totum corpus fit lucidum, duo ista faciunt bona, amor boni, & cognitio veritatis; sic nequam oculus, quo totum corpus fit tenebrosus, duo e regione mala constituunt, caecitas, qua fit ut veritatem non agnoscat; & perveritas, qua fit, ut diligit iniquitatem. Quamobrem. I. vere oculus nequam est, qui perverus pariter, & eorum bonum agit, & malum credit, utique recte operando, sed opinando inique, bonum sibi in malum vertit; & tamen malum quantum creditur: Quamobrem iuxta Sententiam Domini, Totus corpus tenebrosus reddit oculus nequam. Quid enim luci relinquitur, ubi nec pia intentio, nec vera opinio invenitur? An non ideo sequitur, ut qui e contrario malum facit, & bonum putat, iuxta suam fidem simpliciter & ipse inveniat. Quare? Non est quippe simplex oculus ille, qui ex iudicio veritatis totum corpus lucidum reddit. Neque enim ex toto adhuc tenebra desunt, ubi ingenua veritatis lucem obscurat bona voluntas. Et quidem laudem dignam dixerim vel sciam intentionem piam; nec plane condigna remuneratione fraudabitur in opere quoque non bono ipsa bona voluntas. Atamen si malo quocumque non erit decepta simplicitas. Cur, inquit? Nam quid non ex fide? Prorsus ex fide, sed falsa, vel certe potius non ex fide, quia fides falsa non est. Denique de fide vera, non falsa, pariter dicitur Apostolus. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Non autem ex fide vera bonum creditur, quod malum est; Est enim falsum: peccatum igitur est. Utinamque primum complectitur praesens capitulum. Omne, quod non est ex fide, peccatum est, & eorum videlicet malitiam, & deceptam innocentiam; Quia quod a nocente fiat, & bonum prorsus condemnata intentio prava, & malum non penitus excusat recta. Sive itaque malus putet bonum, quod forte agit, sive bonus malum quod operari, utrumque peccatum est.

Kom. 14. 11.

REGULA IV.

Cum error discendi, ac vinci potest, Conscientiam erroneam depingere oportet, & contrarium eius, quod ipsa dicitur, operari.

Error enim, qui vinci potest, non excusat, sed peccatum dicitur, & poena peccati, & causa peccati. Si quis ergo ex errore conscientiae obligari se putet ad mendacium, furtum, fornicationem, error deponendus est; mendacium, furtum, fornicatione fugienda. Favet Gesonius in Tract. De Natura, & Qualitate Conscientiae, ita scribens: Quando conscientia dicitur ea, quae sunt contra legem Dei, ipsa etiam ligat, & obligat, non quidem ad faciendum, sed ad deponendum. Quia cum talis conscientia erronea errore repugnant legi divinae, quamvis ipsa manet, ponit & tenet hominem extra statum salutis; & ideo necesse est eam depingere: quia sive tunc homo faciat, quod ipsa conscientia dicitur, sive eius oppositum, peccat mortaliter. Faciendo enim quod conscientia dicit in isto casu, facit contra legem Dei, quod clarum est peccatum mortale esse: Faciendo vero oppositum, mortaliter etiam peccat, non ratiōne operis, quod ex se malum non est, sed quia illud facit in contemptum Dei, cum faciat illud, quod sua conscientia sibi Deo displicere dicitur.

REGULA V.

Cum error Conscientiae est invincibilis, non peccat agens secundum conscientiam erroneam, immo secundum illam agendum est.

Non peccat (inquam) qui secundum conscientiam errantem in ea hypothesi agit, quia ipsum excusat omnino error insuperabilis. Exempli gratia, Muller, qui debitum conjugale a viro, quem ex errore invincibiliter conjugem suum esse existimat, non peccat illud reddendo. Teneatur vero ad agendum secundum conscientiam error insuperabilis delusam, ac deceptam: Quia ratio proponit id, ut praecipuum divinum, cui absque hesitatione parendum est.

De conscientia et error

R. E.

REGULA VI.

Si Conscientia erronea non aliquid lehabat peccatum esse dicitur, quod nullum, aut veniale dicitur peccatum esse, tunc erit peccati mortalitatis, qui contra illam agit.

Ita enim affectus est, ut mortale peccatum committere velit. Voluntas autem peccandi, peccatum est. Voluntas quippe est, qua peccatur, & recte vivitur (inquit S. Aug. Lib. 1. Retractationum, cap. 9.) Et homo videt ea, quae parent: Dominus autem intuetur cor. Hinc S. Thomas Quodlibeto 6. art. 5. Error (inquit) qui creditur esse mortale, quod non est mortale, ex conscientia ligat ad peccatum mortale. Idem docet Gesonius Tract. De Cognitione peccatorum venialium, & mortalium Consideratione 16.

REGULA VII.

Errantis Conscientiae iudicium praecipit Superioris anjponendum esse. Si error displicet, peccari, ac deponi non possit. Si ergo sit error conscientiae, ex parte superioris, id quod a Superiori praecipitur, Divina Legi, aut Ecclesiae, aut etiam Civitati, inquit, quae Politicum Regimen spectat, aut Majori Praelati Praecepto esse contrarium.

Non est enim obediendum homini, cum Deo contraria praecipit, secundum S. Petri. Sententiam Act. 14. Obedite oportet Deo magis quam hominibus. Negligitur Superiori parendum est, quando error invincibilis existimat subditus eius praecipit Legi divinae, vel Superioris in eodem ordine Pontificis praecipit esse contrarium. Hinc S. Bern. Lib. De Praecepto, & Dispensatione cap. 9. ait: Sive Deus, sive homo Praeceptum Divinum quodlibet tradiderit, pari praesidio obsequendum est: pari reverentia defendendum, ubi tamen Deo contraria non praecipit homo. Quod si contigerit, persequendum in obsequio in Petri Apostoli sententiam: Qui Obsequi oportet Deo magis quam hominibus. Aut enim hoc respiciendum est, ut Apostolus, aut cum Pharisaeis certe audientibus. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones veteris? Ego igitur si me agi hoc articulum sentiam, non aut Deum, aut hominem offendere necesse sit. Deum totius libertate eligo non offendere, & quidem tutius, in hisque. Et miror: Quaequid vix Deo praecipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud scem omnino accipiendum est, quam si praecipit Deus. Legitur e contrario sic est iudicium conscientiae, quoniam erroris, permissum sit illud id, quod praecipit Superior, displicere Deo, teneatur non obedire. Et cap. 7. eisdem Libri: Jam vero de eo, qui praecipit, & item de eo, quod praecipitur, huiuscemodi advertenda erit secundum rationem distinctio, ut certius inter hec oportet reverentiam non omnino adhibere, etiam si gravior formidatur offensio: ac majoris cuiusque mandati tra hysteresi animadvertendum est. Si ergo errore conscientiae invincibilis subditus existimat praecipit Superioris Ecclesiae legi, aut majori Pontificis praecipit esse contrarium, praecipit Superioris polponere debet erranti continentia iudicio.

REGULA VIII.

Ut Conscientia erronea legitime deponatur, proindeque obligare cesset, necesse est, ut ratio, vel auctoritas convincat homo contrarium iudicet eius, quod auctoritas dicitur: aut certe rationes quibus in tali iudicio induitur, leves esse, ac involuntaria animadvertat: adeoque a priori illo iudicio recedat.

Ad errorem autem legitime deponendum plurimum valebant humilis, & frequens oratio, animae ad Deum clamantis: Deus meus, illumina tenebras meas: Accurate negotii discussio, bonorum librorum de re, quae in questionem venit, attenta lectio, consilii a viro docto, probis, & prudentibus petio, & docilitas, atque summissio, ut consilium huiusmodi sequatur. Ne insanius prudentia tua. Ne sit sapientia apud temeritatem, & inquit Sp. Sanctus Prov. 2. Et Eccl. 4. in multitudine Praeceptorum praecipuum sua, & sapientia illorum ex corde coningeret omnem narrationem suam. Deo prope auctoritate: & pro verba laudis non fugiant a te. Et si videris sententiam, evigila ad eam. Et c. Ne despicias narrationem Praeceptorum sapientium. Non te praeterca narrationem Sententiarum ipsi cum dixerint a patribus suis: quoniam ab ipsis dicitur intellegendum. Hic Apostolus captivus habet omnem intellectum in obsequium Christi. Hic est, (inquit Gesonius in Tract. De Natura, & Qualitate Conscientiae) Quilibet in tractu plus debet consentire sibi, quam sibi: & in agendum plus credere alii, quam sibi.

Yl. 17. 29.

Et Cor. 10.

REGULA IX.

Quamvis sperni debeant scrupuli, quando meris scrupulis esse comparari est, id est, inanes suspiciones, timoresque mali, ubi nulla est timendi ratio, nisi illa mali species: contra conscientiam tamen ex scrupulis ortam agere non licet, nisi prius error deponatur.

Haec Regula colligitur ex cap. Per tuas, 2. quod est in notariis III. Ext. De Simonia. Facit species, de quo Sen. Nat. Alex. Theol. Tom. II.

De conscientia scrupulosa.

tentiam dicere rogatus fuit Pontifex, haec erat. Monachus quidam Carthusiensis ex relatione quorundam dicitur, Episcopum Ducepsanum, a quo fuerat Subdicanus ordinatus; Simoniam virtum multoties commisisse: quapropter idem Monachus in Ordine suscepto ministrare formidabat, nolens ad eodem Episcopo ad superiores Ordines promovetur Responderet Pontifex: In Ordine suscepto scire ministri, sed contra conscientiam ad superiores Ordines non ascendat, ne forte adhaere ad gehennam: licet ex eo, quod conscientiam habuerit nemis scrupulosus, in difficultatem huiusmodi se collapsus, quam utique non evadit, nisi disponat errorem.

REGULA X.

Septem sunt Regulae, quarum administratio Conscientia scrupulosa deponi potest, & debet, ex S. Antonino 1. P. Tit. 3. cap. 10. §. 10.

Prima est debita ad gratiam preparatio. Secunda, sollicita Scripturae Sacrae indagatio. Tertia, orationis devota continuatio. Quarta, opinionis alicuius tunc electio. Quinta obedientiae humilis imitatio. Sexta, scrupulorum animosa abjectio. Septima, praepceptorum prudentis interpretatio. Hinc Prov. 2. dicitur: Si sapientiam invocaveris, & inclinaueris cor tuum prudentiae: si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesaurus effuderis illam: tunc intelliges veritatem Domini, & scientiam Dei invenies. Et 2. Paral. 20. Rex Israhel ait: Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solum habemus confidendum, ut a nobis nostris dirigat non a te. Et Tobit 4. Consilium semper a sapiente perquire. Omni tempore benedic Deum, & spera ab eo, ac utat tuas dirigit, & omnia consilia tua in ipso permanent. Quod autem scrupuli iudici debeant, accedente scrupulis sapientiam, piti, dicitur Directus iudicium, & contra illos sapientia, Excommunicationis, tamen haec sunt verba: Si quis habet conscientiam ex credulitate levi, & temeraria conscientia levis, & temeraria credulitate exposita, ad sui praesentis consilium licite potest agere.

Id confirmat S. Anton. ex Venerabili Gesonio Cancellario Parisiensi, in Tract. De Preparatione ad Messam, & Pollutione nocturna, scribente: Qui renuntiat crediti Superiorum, & Prudentium consilio ad tales scrupulos deponendum, & agendum contra eos, errant multipliciter: Primum per superbiam, & arrogantiam, praeposendo iudicium suum, & prudentiam aliorum iudicium. Rursus, talis vix, aut nunquam habet devotionem solidam, & pacem conscientiam a talibus: ac proinde carere locis Anima suae Hospitio, de quo propheta dicit: In pace factus est locus ejus. De punctis in hoc malis est simpliciter, distinguere, noscitur in ea, quae propria anima superior agit per consilium, & ea, quae propria anima inferior patitur absque superioris assensu. Dicitur in hoc sepe alii salubri consilio, qui nesciunt illud praestare sua. Quocirca memorandum est S. Bernardi super hoc scrupulosus: Et ad celebrandum nullo pacto auctori accedere. Dixit ei devotus, & circumspexit Bernardus, postquam hoc accepit: Tade Frater, & in fide mea celebres. Observavit Discretus, & scrupulosus ille omnia reversus a secessit.

At dicit aliquis: Utinam talis mihi esset Abbas, aut Prior, quales S. Bernardus, sic ille credentem impetrant. Nunc vero dum Superioris mei medicorem sapientiam inficio, non audeo conscientiam meam, & fiduciam illius fidei committere. Quisquis ita dicit, & sapit (inquam Gesonius & S. Antoninus) errat, & desipit. Non enim commisit se, & salutem suam in manus hominis, quia peccatus est, & plurimum literatas, & devotas, sed quia tibi esse secundum Regularem institutionem Praeceptorum & Pralatorum. Quamobrem obedias sibi, non ut homini, sed ut Deo iudicanti, siam non contra Deum. Et saepe ratio erit obedientia tua placenter Deo, tibi qui fructuosior, quanto est indignior illi, cui propter Deum saltem non resistis. Cavens ad exitum, ne dum quavis securitatem, nec illam adificari, & in gravem tuas praesumptionis solum.

Idem Gesonius Consideratione 6. Scrupulosa (inquit) scrupulosa contra scrupulos agendum est, & sicut operis peccata dicitur, qua ratione hac arte usus est ille, qui turbato cuidam iustitiae super regulam sit peccatione Hieronymum suarum, si non assidue, & assidua iterum tendere ad eas, innoxia Pontificum hanc ad tempus, ne quomodolibet Horas senel dicitur iterare. Millis sursum apud aliquos tales scrupuli, more canum oblatantes, & lacere minantes ipsi ambulantes per viam magnitudinis Dei, quos evincere, & campescere molis quam per contemptum negamus. Tantummodo sic contemptum iste cimitatus, & Greg. carter non absque alterius, praesertim superioris consilio, aliquam vim imporporatus facit casum, aut praecipuum consilium praesumptio.

Notat idem Gesonius in Tract. De Natura, & Qualitate Conscientiae, magnum esse discrimen inter conscientiam, & scrupulorum conscientiam. Conscientia est formata, & est, quando finaliter, id est, post disculsum, & definitur conscientiam, & definitur sententia rationis iudicantis, & definitur aliquid esse faciendum, aut prosequendum, vel faciendum, aut vitandum, & contra talem conscientiam sequuntur fac.

Septem sunt Regulae, quarum administratio Conscientia scrupulosa deponi potest, & debet, ex S. Antonino 1. P. Tit. 3. cap. 10. §. 10.

Plal. 75. 11.

Discrimen inter conscientiam & scrupulorum conscientiam.

